UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Caput VII. Quomodo vnus est Emmanuel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

Visual Library

CAPUT VII.

Quomodo vnus eſt Emmanuel.

NOVISSIMIS ſæculis Deus Verbum homo dicitur factus; & , ſicut ait Heb. 9. v. 27. divinus Paulus , *per ſacrificium ſuum manifeſtatus eſt.* Et quodnam eſt ſacrificium? Eph. 5. v. 2. Heb. 9. v. 13. *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem ſuavitatis Deo & Patri, & intravit in ſancta ſemel, non per ſanguinem hircorum, aut taurorum, ſed per ſuum ſanguinem. Sic enim credentibus in ſe, remiſſionem in æternum comparavit.* Ergo plurimi quidem ante ipſum ſancti fuere; ſed nemo eorum Emmanuel nominatus eſt. Quam ob cauſam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet eſſe nobiſcum , id eſt, in noſtram venire naturam per carnem , is qui eſt omni ſuperior creatura. Unus igitur Emmanuel, ſemel enim factus eſt homo Unigenitus, tunc cum per ſanctam Virginem generationem carnalem perpeſſus eſt. Dictum eſt enim & ad JESUM filium Nave: *Quod ero tecum.* At non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyſe; ſed nec ille Emmanuel nominatus eſt. Iosue 1. v. 5. Igitur quoties audimus nomen Filio datum eſſe, *nobiſcum Deus*, ſapienter intelligamus, non ita ipſum fuiſſe nobiſcum noviſſimis temporibus, ſicut dicitur aliquando fuiſſe cum ſanctis: illis enim erat tantum adjutor; nobiſcum autem fuit, id eſt, factus eſt ſimilis noſtri, cum ſuam non amiſiſſet naturam: eſt enim inconvertibilis, vt Deus.

CAPUT VIII.

Quam eſſe ducimus adunationem.

ΤΟ τῆς ἑνώσεως χρῆμα κατὰ πολλοὺς ἐπιτελεῖται τρόπους· διηρημένοι γάρ τινες κατὰ διάθεσιν, καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἑνοῦσθαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφοράς. ἑνοῦσθαι δὲ φαμὲν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἤγουν συνηνεγμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κρᾶσιν. ὅταν οὖν ἑνοῦσθαι λέγωμεν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος. οὐ γάρ τοι καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων ἐστίν· ἀπόρρητος δὲ παντελῶς, καὶ οὐδενὶ τάχα τῶν ὄντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ.

Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἡττώμεθα, ὅτε τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι, τῆς ἐνούσης ἡμῖν διανοίας ἐπέκεινα τὴν κατάληψιν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. τίνα γὰρ τρόπον ἑνοῦσθαι νοοῦμεν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῷ ἰδίῳ σώματι. τίς ὁ φράσαι δυνάμενος; εἰ δὲ χρὴ, μικρὰ καὶ μόλις ἐννοεῖν εἰωθότας, καὶ λαλεῖν ἰσχύοντας, τὴν οὕτως ἰσχνὴν, καὶ ὑπὲρ νοῦν, καὶ λόγον πραγμάτων καταπεκμαίρεσθαι· φαμὲν, ὅτι

ADUNATIO multis modis impletur: ſejuncti enim nonnulli affectu vel voluntate, & diſcordantes inter ſe, adunari dicuntur, per reconciliationem ſocialem, depoſita ſimultate. Aubertus verſionem Mercatoris emendare voluit ex Græco. Adunari item dicimus ea, quæ ſibi conglutinantur, ſive modis aliis conferuntur, aut per compoſitionem, aut per mixtionem, aut per temperationem. Quoties autem adunatum eſſe noſtræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione adunationis ejus modus videtur eſſe ſuperior. Neque enim per ſupra ſcriptos modos facta eſt arcana illa, & nulli penitus nota, niſi ei, cui omnia nota ſunt, vnio.

Et nihil mirum, ſi in hujuſmodi cogitatione vincamur, cum res noſtras, quomodo ſe habeant, inquirentes, vltra modum noſtræ mentis, inventionem eſſe confiteamur; quonamque modo animam hominis ſuo corpori adunatam eſſe putemus. Quis eſt qui id poſſit exprimere? Sed ſi oportet eos, qui parva ea vix intelligere ſoleant; imo & eos qui valeant intelligere, tam ſubtiles res & omnem rationem tranſcendentes conjectare: dicimus, quod